Eadem Societas ex fructibus Bonorum Leg. Mentia relict.
a Carolo Colianni in test.o rogato sub die 8 Maij 1609 per
acta q. Horatij Lunarelli Venez. dotare unam Puellam
ad nominationem Heredis testatoris, Ill.mus et R.mus D.
mandavit dotari de adimplendo.

Item mandavit omnes fenestras vitreis laminibus aut
valde bene serrata observari.

Et quia Pavimentum minitat. ruinam mandavit providerj
et reparari citatis citandis, et Curam huiusce rei officialibus
et Vic.o For.o enixe commendavit.

Tectum insuper reaptari iussit infra duos Menses sub poenis.

De Mansione Antiqua

Reaptent. Tectum, et fenestrae et Porta

Die d.a 16 9bris 1719

Completa Visitatione Eccl.ae, de sero Ill.mus et R.mus D. exercitia Doctrinae Christianae indixit habenda singulis dieb.
de sero durante Sacra Visitatione, ad effectum praeparandi
Populum pro Communione Generali, et Parvulos pro sacramento Confirmationis, et baptizavit Infantem, ac ad solitam suam residentiam remeavit.

De Oratorio S. Joh. Decollati

Die 17 9bris 1719

Post celebrationem Missae in Ecclesia Collegiata Ill.mus
et R.mus D. visitavit Oratorium praefatum de rebus so=

cietatis eiusd. S. Tit. de qua in altare S. Ioannis Decollati
Eccl. Collegiatæ.

Ipsius Confratres induti vestibus Nigris incedunt in Processionibus publicis, et ad associanda Cadavera defunctor., et ibid. conveniunt singulis Ferijs sextis Mensis Martij de sero cum Capitularibus ad recitandos Psalmos Penitentiales cum Litanijs, et audiendum sermonem, qui habet à Predicatore Quadragesimali.

Quia frequenter Contentiones oriunt. pro mortuarijs Confratrum inter una, et alia Societate Illmus. et Rmus. D. mandavit adnotari in Libris diem, et annum quibus adscribunt. Confratres uni, vel alteri Societati, et ipsis decedentibus Mortuaria spectent Societati in qua primo adscripti fuerint, quod si in una fuerit adnotata dies, et in altera non, ita præferat. qui prose habuerit adnotationem præfatam.

Quo ad Altare mandavit reaptari Bradellum, et provideri de tela stragula ad operiendam Mensam Bona descripta ubi sup.a in visit. altaris S. Ioannis Decollati Eccl. Collegiatæ.

De Ecclesia S. M. ad Nives

De Iuribus Fran.ci Gentili; cui concessa fuit p. B.M. Epum. Alceati in sua visit.e cum onere brevis Missæ singulis mensibus, nec non restaurandi d.am Ecclesiam